
27.

Εἴ κὴ [1] δακρυόεις, Εὐκηΐδη, [2] σὲ κλαύσεται πότμος,
Καὶ σὺ [3] λυπρορραΐσας δέπνον [4] ἔδεκτο [5] κύπελλα,

Τὸν σιλυῇ [6] μιλίγηρεων ἀηδόνα, κόσμον Ἀχαιῶν,
Τὸν σοφίῃ τραγιλιῶ [7] μιξάμενον χάριτα,
Ἀλλ' [8] ἔμολες [9] Πελλαῖον ὑπ' ἠείον, ὡς ἂν [10] ὁ λάτεις
Πιερίδων γναίης [11] ἀγχόθι Πιερίδων.

38.

[1] Διοσθένης τόδε σῆμα, σοφὸς [2] κυνὸς, ὃς ποτε δυμῷ
[3] Ἀρσενι γυμνήτῃ [3] δζεπόνει βίοτον.
[4] Ὠι μία τις πήρα, μία δ' ἀλοὶς, εἷς δ' ἔρεβίνθ
[5] Σκίπων, [6] αὐτάρκης ὅπλα σοφὸς σοφίης.
Ἀλλὰ τάφε τῶδ' ἐκτὸς [7] ἴτ', ἀφρονες, ὡς ὁ Σινωπὶς
Ἐχθαίρῃ φαῦλον πάντα χ' ἠὲν αἰ[8]η.

39.

[1] Ἀντολίαι, [1] δύσιες, κόσμε μέτρα, χ' ὑπ' Νέρωνϑ
Ἔργα δ' ἀμφοτέρων [2] ἴκετα χῆς, [3] περίπον.
[4] Ἠλϑ' [4] Ἀρμενίων [5] ἀνιῶν ὑπὸ [6] χερσὶ [7] δαμεῖσαν
[8] Κεῖνα, Γερμανίῳ δ' εἶχε [9] καταρχόμενϑ'
Διοτὸν [10] ἀειδέσθω πολέμε κράτϑ'. [2] οἶδεν [13] Ἀράξης
Καὶ Ῥῆνϑ', δ' ἄλοις [14] ἔδνεσι [15] πνόμενοι.

40.

Οὗτϑ' ὁ [1] Κεκροπίδαισι βαρὺς λίϑϑ' [2] ἀρεῖ κτίσμασι
[3] Ξείνε, [4] φιλοξείνης σύμβολον [5] ἡμορίης.
Ὑγείζων Μαραθῶνα, χ' ἀγχάλι Σαλαμῖνϑ'
[6] Ἔργα, Μακηδονίοις [7] ἔγχεσι [8] κεκλομένα.
[9] Ὄμνυε νῦν γέκυας, Δημόδενες· αὐτὰρ [10] ἔγωγε
Καὶ ζωοῖς [11] ἔσομαι χ' [12] ὀφθιμόισι βαφύς.

41.

[1] Ὤλεσε τὸν Νείλεως [2] ὗρ [3] ἀπλέτην, ὤλεσε δ' [4] ὕδατι,
Καὶ παῦρον κάρφ' ἀμφεπύκαζε [6] γθών.
[7] Ζωσῆς' [8] ἐλκύσας πώλυς Δεκμήδεος [9] ἵλεος
Χεύσα μῶλα [10] κλάσας, Γηρυόνη [11] ἔλαβεν.
Αὐγείαν [12] ἐδάην [13] κεμάς [14] φυγὼν [15] ἔκπαγον [16] ὀγκις
Κέρδεσιν [17] ἠγαγόμην αὐτὸς ὅλυμπον ἔχω.

42.

Κολχίδα τὴν ὅπλ [1] παισὶν ἀλέσορα, πραυλὲ [2] χελιδών,
[3] Πῶς ἔτλης [4] τεκέων μαῖαν ἔμεν ἰδίων;
Ἦ ἐπ κανδὸς ὕφαιμος [5] ἐπασπαίρει φόνιον πῦρ,
Καὶ πολιὸς [6] ἠμύων ἀφρὸς ἀπὸ σαλμὸς
[7] Ἀρπυρεχὴς ἢ σίδηρ [8] ἐφ αἵματι φευγε [9] παγόλη
Μητέρα καὶν χηρὴν [10] τεκνοφονεῦσαν ἔτι.

43.

[1] Σεῖο [2] πολυκλήεντα τύπον [3] ζήσαντο, Χερωνεῦ
Πλούταρχ, κραιπερῶν [4] ὑῆες Ἀὐσονίων.
[5] Ὅτι [6] παραλλήλοισι βίοις Ἑλλήνας [7] ἀρίσης
Ῥώμης εὐπολέμοις [8] ἤρμοσας [9] ἐννάετις.
Ἀλλὰ [10] τεῦ [11] βιότοιο παραλληλότερον βίον ἄλλον
Οὐ δὲ σύγ᾽ ἂν γαίαις ἄξιον ἐξεύροις.

44.

Ἡ [1] πίερι χὴ χλαῦνα, χὴ ὕδατι [2] πλησθεῖσα
[3] Μάζα, χὴ ἡ σὺν ποδῶν ῥάδ [4] ἐρειπομένη,
Καὶ [5] δέπας ἐμ [6] κεφάλαιο, σοφῶ [7] Κιμὶ [8] μετρέ [9] βίοιο
Ἄρκια [10] κἠν, τύτοις πλ [11] πλουτοῦντες ἐγὼ
Κοίλαις γὰ πάμα [12] χερσὶν [13] ἐδὼν [14] ἀρύοιτε βοσκίαν,
Εἶπε, τ᾽ χ᾽ αἰ μαθίην, [15] ὄφρα κεν, [16] πλαθφίρμ

45.

Τὴν Νιόβην [1] κλαίουσαν ἰδών ποτε βυκόλ ἀνὴρ
[2] Θάμβεε, εἰ λείβεν [3] δάκρυον [4] οἰδ᾽ λίθ
Αὐτὰρ ἐμὲ [5] σεναχοντα τὸν ἠ νυκτὸς ὁμ χλίην
Ἐμπν Ἐρίπ κὴ [6] ἐλεαιρ λίθ
Αἶπ [7] ἀμφετέκοιμιν [8] ἔρως [9] ἀνίης
Τὴν Νιόβη τεκέων αὐτὰρ ἐμοὶ [10] πάθεων.

46.

Νῶν μοι [1] χαῖρε λέγεις, ὅτέ σε τὸ σεβάσμιον [2] ἀπήλυθεν
[3] Κέρτα τὸ τῆς Λυγδ, [4] βάσκανε, [5] λοιότερον.
Νῶν μοι σεμνολογεῖς, ὅτε [6] τὰς τείχας [7] ἠφάνικάς σ
Τὰς ὅπ τῆς συβώτης [8] αὐχεῖ [9] πλαζομένας.

Μηκέτι μοι, μυτέωρε, [10] σεσιζήσο μηδὲ [11] ζωάντα·
Ἀντὶ βόδε γὰρ ἐγὼ τίω βάτον ἢ [12] δέχομαι.

47.

[1] Ἡράδης [2] πλυτῆι, Σωσίκρατες. ἀλλὰ πίνης ὤν,
Οὐκ ἔτ' ἐρᾷς· λιμὸς φάρμακον οἷον ἔχει.
Ἡ ἦ πάρα σε καλέσα μύρον ἢ τερπνὸν Ἄδωνιν
Μιλτοφίλα, γυῖῶ τοι [3] τέγομα πυνθάνεται.
[4] Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; ποδί τοι πόλις; ἢ μόλις [5] ἔγνως
[6] Τῦτ' ἔπα, ὡς ὑδεὶς ὐδὲν ἔχοντι φίλα.

48.

Πέμπω σοὶ, Ῥοδόκλεια, τόδε σέφα [1] ἄνθεσι [2] πλέξας,
Αὐτὸς ὑφ' ἡμετέραις δρεπάμενον παλάμαις·
Ἔρσι κείνον, [3] ῥοδίη τε [4] κάλυξ, [5] νοτερή τ' ἀνεμώνη,
Καὶ νάρκισσος [6] ὑγρὸς, καὶ [7] κωναμυγὲς ἴον.
Ταῦτα σεφαμένη, λῆξον μεγάλαυχος [8] ἔασα·
Ἀνθεῖς, καὶ λήγεις, καὶ σὺ, καὶ ὁ σέφανος.

49.

[1] Ἰχθύας [2] ἁλικίρῳ τὶς ἀπ' [3] ἠόνος [4] εὐτειχὲ [5] βάλλων,
[6] Εἵλκυσε [7] ναυηγὸς [8] κεφτὰ [9] λιποτειχέα.
[10] Οἰκτείρας ἦ [11] νέκυν τὸν [12] ἀσώματον, ἔξ [13] ἁσιδήρε
[14] Χειρὸς [15] ὑποσκάπτων, λιτὸν [16] ἔχωσε τάφον.
[17] Εὗρε ἦ [18] καὶ δόμιμον [19] χρυσῆ [20] κτέαρ· ἢ ῥα δικαίοις
[21] Ἀνδράσιν [22] εὐσεβίης οὐκ [23] ἀπόλωλε [24] χάρις.

50.

Ἑπτὰ σοφῶν, Κλεόβουλε, σὲ μὲν τεκνώσατο Λίνδος,
Ἀμφὶ ἦ Σισυφία χθὼν Πεισάνδρου ἔχει·
Πιτθακὸν ἁ [1] Μιτυλλὼς Βίαντα ἦ, δῖα Πειλίου
Μίλητος ἦ Θαλίω, ἄνερον ἐρεισμα [2] δίκας·
Ἃ [3] Σπάρτα Χίλωνα, Σόλωνα ἦ [4] Κεκροπὶς [5] αἶα,
Πάντας ἀειζάλως σωφροσύνας φύλακας.

[1] Πεισάνδρε

51.

[1] Περσεφόνα [2] κάλλει Γανυμήδης [3] ἔπι πολ' [4] Ἥρη,
[5] Θυμαλόεν [6] ζάλᾳ κείνων ἔχουσα νόον.
[7] Ἄρσεν [8] πῦρ [9] ἔτικτε Τερία [10] Διὶ τοιγὰρ ἐγὼ πῦρ
Πέμψω ὅλῃ Τερίαν πῆμα [11] φέρουσα [12] Πάρι.
[13] Ἥξει δ' [14] Ἰλιάδας οὐκ [15] αἰσταὶς, ἀλλ' ὅλῃ θοίναις
[16] Γῦπες, ὅταν Δαναοὶ [17] ὀκύλα φέρωσι πόνων.

HEXA-

HEXASTICHORUM Libellus Tertius.

1.

CUrſor in ſtadio *Arias Meneclis* filius non redarguit
Perſea conditorem tuum, ô *Tarſe*, civitas in *Ciliciâ*:
Adeo enim illius Juvenis volucres pedes. Neque ipſi
Vel ipſe *Perſeus* tergum demonſtrâſſet currens.
Aut enim in carceribus, aut metâ vidit aliquis ultimâ
Illum Juvenem. Medio autem nunquam in ſtadio.

2.

Magnum *Leonidæ* cum inſpexit corpus per-ſe-interfectū
Xerxes tegebat illud pallio purpureo:
Et inter mortuos ſonitum edidit ille *Spartæ* magnus
Heros,
Non accipio proditoribus præmium debitum.
Clypeus mihi ſepulchri ornamentum magnum. Pere-
ant *Perſarum* [dona]
Veniam autem etiam ad Inferos ut *Lacedæmonius*.

3.

Neque opulentæ fortunæ attollaris æſtu,
Neque tuam flectat cura libertatem;
Tota enim ab inſtabilibus vita oppugnatur ventis,
Hinc & inde ſubinde in diverſum agitata:
Virtus autem ſtabile aliquid, & inconcuſſum à quâ ſolâ
Fluctus confidenter perrumpas vitæ.

4.

Veniens in infernum ſapiente peractâ ſenectute
Diogenes canis *Cræſum* ut vidit, riſit:
Et extendens ſenex baculum prope ipſum
Qui multum ex flumine auri exhauſerat, Dixit:

Dixit: Mihi etiam nunc major locus eſt; quæcunque enim habui
Omnia fero mecum, *Cræſe*, tu verò nihil habes.

5.

Telo læſus Jovis ales punivit *Cretenſem* ob pharetram,
Cælitùs ſagittâ ſagittam ulciſcens.
Illum enim ſtatim cuſpide retortâ interemit,
Eque aëre decidens occidit, cùm occideret.
Non ampliùs veſtris certis, *Cretenſes*, ſagittis
Inſoleſcite: Laudetur verò & *Jovis* jaculandi peritia.

6.

Capreæ, quæ nuper peperat, nutritorium uber
Cùm plenum videret, amara pupugit Vipera:
Hinnuleus verò venenatum uber (ſugens) traxit, & ægrè curabile
Vulnere ex pernicioſo grave exſuxit lac.
Mortem vero permutârunt. Et ſtatim crudeli morte,
Quod dederat Venter, Uber abſtulit, beneficium.

7.

Cuncta vorans reptilis per ædes lychni arroſor Mus
Oſtream inſpiciens labiis apertam,
Mento madido notham arrodebat carnem:
Statim autem teſtacea concrepuit domus;
Concluſa autem eſt præ dolore. Hic verò in clauſtris inevitandis
Concluſus ſpontaneam mortem ſibi contraxit.

8.

Non faſtidioſus eſt *Mercurius*, ô Paſtores, & lacte nempe
Gaudens, & querno placatus melle:
Sed non ita *Hercules*; unum enim vervecem, aut pinguem ovem
Poſcit, & omninò unam victimam eligit.
Sed Lupos arcet. Quid autem prodeſt, ſi quod ſervatur,
Periit, ſive à lupis, ſive à Cuſtode?

Communi

9.

Communi in lecto Lethargicus & Phreneticus
Jacentes ab invicem morbum profligârunt:
Exiliit enim è lecto ille, qui audax erat ob furorem,
Et insensatum Lethargicum toto verberabat corpore:
Plagæ vero utrisque factæ sunt remedium. Quibus hic quidem
Evigilavit; illum verò in somnum conjecit multus labor.

10.

Theogenes Peisoni artificiosa nos hæc pocula
Mittit; Capimus verò cœlum utraque:
In duas etenim (partes) ex sphærâ divisa sumus. Et hoc quidem è nobis
Australes plagas, hoc verò habet astra in Boreâ.
Verùm tu non amplius Arctum introspice; sed duas in utrisque
Mensuras bibens, intuêre omnia apparentia.

11.

Quis? unde es, *Bacche*? Per enim verum *Bacchum*
Non te novi: *Jovis* solum novi filium.
Ille nectar olet, tu verò hircum. Profecto te *Celtæ*
Inopiâ uvarum fecerunt è spicis?
Unde te fas est vocari *Demetrium*, non *Dionysium*
Et potius ex tritico genitum, & *Bromon* non *Bromium*.

12.

Qui priùs bonæ aquæ stillavi flumine,
Inops nunc sum aquarum etiam usque ad guttam.
Cruentas enim meis lavit fluminibus manus
Homicîda, maculam aquis immiscens.
Ex eo mihi aquæ fugerunt solem; in unum *Bacchum*
(Dicentes) Nymphæ miscemur, non in Martem.

Quare

13.

Quare fruſtra, homo, laboras & omnia perturbas,
Sorti inſerviens circa Nativitates verſanti ?
Huic te relinque, & ne Deo contendas,
Tuâ verò fortunâ contentus, tranquillitatem dilige.
Magis verò ad lætitiam enitere, & præter fatum,
Si poſſible eſt animam gaudentem traducere.

14.

Triennem ludentem circa puteum Aſtyanactem
Imago formæ ſurda attrahebat.
Ex aquâ verò puerum madidum rapuit mater,
Inquirens vitæ an aliquam partem habeat.
Aquas verò non fædavit infans, ſed ſuper genua
Matris jacens, profundum ſomnum habet.

15.

Andromaches adhuc ejulatum audimus, adhuc *Trojam*
Videmus ex imis ſedibus omnem dirutam,
Et pugnam *Ajacis* ſub propugnaculis urbis,
Et ab equis *Hectora* tractum,
Mæonidem ob ſolum ; quem non Patria una Poetam
Exornat, terræ ſed utriuſque climata.

16.

Non ampliùs turritus cum phalangibus ſtans in acie
Impetuoſus irruit magnis dentibus Elephas ;
Sed timore demittens profundam cervicem ad lorum
Temonis
Currum trahit *Cæſaris* cœleſtis.
Novit verò pacis etiam fera gratiam ; inſtrumenta abjiciens
Martis Æquitatis ſurſum-vehit Patrem.

17.

Hoſpites, nobilem me civitatem, *Ilium* ſanctum,
Quæ priùs bene-turritis mœnibus incluſa fuit,

Ævi

Ævi cinis devoravit: ſed in *Homero*
Jaceo ænearum ſepimentum habens portarum,
Non ampliùs me fodient *Trojam* perdentes haſtæ *Græcorum*;
Omnium verò *Græcorum* verſabor in ore.

18.

Ad vatem *Olympum Oneſimus* venit *Palæſtrita*,
Et *Penthathlus Hylas*, & *Stadiodromus Menecles*;
Quis victurus eſſet illorum certamen volentes
Scire. Et ille ſacra Inſpiciens
Omnes, inquit, vincetis; ſolummodo (cavete) nequis te prætereat,
Neque te ſupplantet, neque te præcurrat.

19.

Dic unde tu menſuras mundum, & fines terræ
Ex parvâ terrâ corpus ferens parvum?
Te ipſum metire priùs & cognoſce teipſum,
Et tunc metiaris terram infinitam.
Si autem parvam glebam corporis non numeras,
Quî poteris ſcire immenſorum menſuras?

20.

Caput tingis, ſenectutem autem tuam nunquam tinges
Nec genarum rugas explicabis.
Ne igitur faciem totam fuco efforma,
Tanquam larvam, non ampliùs faciem, habens:
Nihil enim hoc te juvat. Quid inſanis, nunquam fucus
Et color ex *Hecubâ* fecerit *Helenam*.

21.

Si me amas, reverâ me ama; nec me injuriâ affice tu
Initium nocendi amicitiam ponens:
Omnibus enim hominibus ego multùm meliorem dico
Manifeſtam inimicitiam doloſâ amicitia.
Dicunt enim & navibus in marî errantibus pejores
Submarinas eſſe petras manifeſtis ſcopulis.

Siquidem

22.

Siquidem in brucchos ducitur exercitus, aut caninas
muſcas
Aut muſcas, aut puliçum equitatum aut ranarum,
Gaïe, tu quoque time, nequis te quoque nomen dare
compellat,
Utpote talibus dignum exiſtentem bello:
Si verò propter virtutem virorum ducitur exercitus,
quietè ſedeas
Romanis nullum adverſus Grues bellum.

23.

Animam quidem deſcribere difficile; formam verò ex-
primere
Facile: ſed in te contraria habent utraque.
Animæ verò perverſitatem extra ducens,
In apparentibus Natura operatur.
Verùm in formâ tumultum & corporis contumeliam
Quomodo quis deſcribat, cum ne quidem intueri
velit?

24.

Non dicere prodigioſa, & *Attica* verba quinque
Benè imitari eſt, & ſapienter perorare:
Neque enim ſi κάρχαρε, etiam ſi κονάβεῖ, & σίζει,
Etiam παλάμυζε dicis, ſtatim *Homerus* eris.
Mentem ſubeſſe oportet literis, & phraſin illorum
Eſſe communiorem, ut intelligamus, quæ dicas.

25.

Vellem dives eſſe, ut dives fuit olim *Craſus*,
Et Rex eſſe magnæ *Aſiæ*:
Sed quando intuear *Nicanora Veſpillonem*,
Et cognoſcam, quare faciat hoſce loculos;
Littus floribus conſpergens; & cotylis irrigatus
Aſiam venderem ob unguenta & coronas.

Et

26.

Et bibe & gaude, *Democrates* ; non enim ſemper
Bibemus, neque ſemper lætitiam habebimus.
Et coronis capita condenſemus, & inungamus
Noſmet, priùs (quam) hæc ad ſepulchra ferant alii.
Nunc in me bibant vinum copioſum oſſa mea ;
Mortua verò *Deucalion* ipſa obruat.

27.

Moriens *Hermocrates* avarus in teſtamento
Seipſum ſuorum bonorum ſcripſit hæredem :
Calculans verò jacebat, quantum daret convaleſcens
Medicis mercedis & quid ægrotus inſumeret.
Ut verò invenit plus drachmâ unâ, ſi ſervaretur,
Satius eſt mori, dixit ; & extenſus eſt, *h. e.* mortuus.

28.

Avis, *Jovis Saturnii* Nuncie, cujus gratiâ aſtas
Acer ſuper magni tumulum *Ariſtomenis* ?
Nuncio mortalibus, quoniam quantum ego optima
Avium facta ſum, tantum hic Juvenum.
Timidæ timidis aſſident columbæ:
Nos verò intrepidis delectamur Viris.

29.

Pro ſepulchri lapide pone *Græciam*, pone verò ſuper hanc
Haſtas Barbaricæ ſymbola cladis navium :
Ex tumulo fundamentum circumſcribe *Perſicum Martem*
Et *Xerxem*, His ſepeli *Themiſtoclem* :
Columna verò *Salamis* ſupponatur, opera dicens,
Hæc mea. Quid me parvis magnum imponitis ?

30.

Pitanæ Thraſybulus ſuper clypeum veniebat mortuus,
Septem ab *Argivis* vulnera accipiens,
Demonſtrans anteriora omnia : ſanguinolentum verò
ſenex Filium

Filium ſuper rogum *Tynnichus* dixit ponens,
Ignavi fleant: Ego verò te filium ſine fletu
Sepeliam, & meum nempe & *Lacedæmonium*.

31.

Ælius manu-audax, *Argis Anteſignanus*, qui ſerò preſſerat
Cervicem auro ligatis ex bello coronis,
Tabifico morbo imminutus, cucurrit animo
In priorum operum virile teſtimonium:
Impulítque ſub pectus latum gladium, unum ſolum dicens
Viros (fortes) *Mars* occîdit, timidiores verò morbus.

32.

Senio & paupertate vexatus, neque præbente
Aliquo homine infelicitatis ſtipem,
Trepidantibus membris acceſſi tacitus tumulum
Inveni luctuoſæ finem vix vitæ.
Mutata verò eſt in me mortuorum lex: non enim mortuus ſum
Prius, & poſtea ſepultus; ſed ſepultus moriebar.

33.

Naufragum me vidiſti: quem interimens mare
Denudare ab ultimo veſtimento erubeſcebat.
Homo manibus intrepidis me exuit:
Tantum ſcelus tanti lucri causâ auſus.
Illud quidem induat, & ad inferos ferat,
Et ipſum videat *Minos* meum habere indumentum.

34.

Una & in vitam & in mortem duxit
Navis *Heraclidem* communem ſortitum finem:
Aluit piſcatorem, combuſſit mortuum.
Unà navigans ad piſcationem, unà navigans ad infernum
Fælix piſcator propriâ & pontum navigavit
Navi & propriâ cucurrit ad Inferos.

35.

Domo-nata felis meam perdicem rapiens,
Vivere noſtris ſperat in ædibus.
Non te, amica perdix, mortuam ſine-munere relinquam,
Sed ob te occîdam tuum hoſtem.
Anima verò tua magis turbatur; donec fecero
Quæcunque in *Achillis Pyrrhus* fecit tumulo.

36.

Archilochi hic tumulus prope mare, qui olim acerbam
Muſam vipereo primus tinxit veneno,
Cruentans *Helicona* amabilem: novit *Lycambes*
Dolens trium laqueos filiarum.
Tacitè verò accede, Viator, ne fortè hujus
Moveas in tumulo crabrones inſidentes.

37.

Quamvis lachrymoſa, *Euripides*, abſtulit te mors,
Et te luporum-occiſores cænam fecerunt canes,
In ſcenâ dulciloquum *Philomelam* ornamentum *Athenarum*
Cum ſapientiâ tragicam miſcentem gratiam,
Sed iviſti *Pellæum* ſub ſepulchrum, ut famulus
Muſarum habites prope Muſas.

38.

Diogenis hoc ſepulchrum canis, qui quondam animo
Maſculo gymnaſticam elaboravit vitam.
Cui una quædam pera, una diplois, unus ſimul ibat
Baculus ſeipſâ-contentæ arma Temperantiæ.
Sed tumulum extra hunc ite, ſtulti; Nam *Sinopenſis*
Odit malum omnem etiam in inferno.

39.

Ortus, occaſus, mundi cardines, & *Neronis*
Opera, per utrumque venerunt terræ terminum.
Sol *Armeniam* oriens ſub manibus domitam

Ejus

Ejus *Germaniam* verò habuit occidens.
Duplex canatur belli robur: novit *Araxes*,
Et *Rhenus*, ſervis gentibus qui bibuntur.

40.

Hic *Athenienſibus* gravis lapis, *Marti* jaceo,
Hoſpes, *Philippicæ* ſignum fortitudinis,
Injuriâ-afficiens *Marathonem*, & vicinæ-mari *Salaminis*,
Opera *Macedoniis* gladiis cedentia.
Jura nunc mortuos, *Demoſthenes*: ſed ego
Et viventibus ero, & mortuis gravis.

41.

Perdidi *Nemæo* feram inſatiabilem, perdidi & Hydram
Et Taurum: Apri verò utrinque-concuſſi maxillam.
Cingulum abſtrahens, equos *Diomedis* abſtuli:
Aurea mala decerpſi, *Geryonem* cepi.
Augeam novi: cerva non aufugit: occîdi aves;
Cerberum duxi: ipſe cœlum habito.

42.

Colchidem in filios ſuos furiam, ô balba hirundo,
Quomodò ſuſtinuiſti liberorum nutricem habere propriorum?
Cujus adhuc oculi cruenti ejaculant homicîdam ignem,
Et alba labiorum ſpuma deſtillat:
Nuper verò irrigatum ferrum ſanguine. Fuge pernicioſiſſimam
Matrem, etiam in cerâ adhuc occidentem liberos.

43.

Tuam nobilem imaginem ſtatuerunt, *Chæronenſis*
Plutarche, fortium liberi *Auſoniorum*:
Quòd reſpondentibus vitis *Græcis* optimos
Romæ fortibus in bello conjunxiſti Civibus.
Sed tuæ vitæ reſpondentem vitam aliam
Neque tu ipſe ſcriberes: non enim ſimilem habes.

44.

Pera & pallium, & aquâ ſubacta
Placenta, & ante pedes baculus fixus,
Et poculum à figulo, ſapienti cani menſura vitæ
Sufficiens ; & in his erat quid ſupervacuum :
Cavis enim potum manibus videns haurientem bubulcum,
Dixit, & quid te fruſtrà, ô Teſta, tanquam onuſtuli ?

45.

Niobem flentem videns quondam Paſtor vir
Obſtupuit, quòd libare lachrymas nôſſet lapis.
Sed me gementem tantæ juxta noctis caliginem
Vivus *Euippes* non miſeratus eſt lapis.
Cauſa utriſque amor eſt, canalis doloris
Niobæ ob Liberos, ſed mihi ob Amores.

46.

Nunc mihi ſalve dicis, cum tua facies abiit
Illa *Pario* lapide, ô invida, lævior *olim* ;
Nunc mihi alludis, cùm comas abſcondiſti tuas
In ſuperbis humeris vibratas *quondam* :
Non ampliùs me, ſuperba, accedas, neque occurras ;
Pro roſâ enim ego rubum non accipio.

47.

Amâſti dives exiſtens, *Soſicrates* ; ſed pauper exiſtens
Non ampliùs amas : Fames remedium quale habet ?
Quæ verò priùs Te vocabat unguentum & pulchrum *Adonin*,
Menophila jam tuum nomen quærit.
Quis ? unde es Virorum ? quæ tibi civitas ? certè vix cognôſti
Hoc verbum, quòd *Nemo nihil habenti amicus*.

Mitto

48.

Mitto tibi, *Rhodoclea*, hanc coronam, quam floribus nexui,
Et ipſe meis decerpſi manibus.
Eſt viola & roſea bacca, roſcidáque anemone,
Et Narciſſus humida, & cærulea viola.
His ornata deſine ſuperba eſſe;
Floreſcis & deſinis & tu & corona.

49.

Piſces hamo aliquis in littus è telis benefacto projiciens,
Traxit naufragi caput crine-carens.
Miſeratus verò mortuum ſine corpore, ſine ligone ferreo
Cum manu fodiens vilem erexit tumulum.
Invenit verò reconditam auri poſſeſſionem. Sanè juſtis
Viris Pietatis gratia non periit.

50.

Septem ſapientûm, *Cleobule*, Te quidem genuit *Lindus*:
Siſyphia verò tellus *Periandrum* cohibet:
Pittacum Mitylene: *Biantem* verò diva *Priene*:
Miletus verò *Thaletem* ſummum ſuſtentaculum juris.
Sparta Chilonem: *Solonem* verò *Athenienſis* terra:
Omnes illuſtris ſapientiæ cuſtodes.

51.

Dolens ob pulchritudinem *Ganymedis* dixit quondam *Juno*,
Cordivori livoris aculeum habens in mente,
Virilem ignem peperit *Troja Jovi*. Ego quidem ignem
Mittam in *Trojam* damna ferentem *Parin*
Venit verò Iliadis non Aquila, ſed ob epulas
Vultures, ubi *Danai* ſpolia auferent laborum.

ANNOTATIONES

In Tertium Libellum, *ſcil.*

HEXASTICHORUM.

1.

In quendam *Ariam Meneclis* filium celebrem Curſorem.

1 Σταδιδῦ;, εως.

2 ὁ Μένεκλε-, ſcil. υἱὸς, in Diſt. Epigr. 1.

3 ὃ κατελέγχῃ eſt Meioſis, h. e. *Perſea, Danae & Jove* natum, curſu antevertit, qui talaribus à *Mercurio* fuit donatus. κατελέγχω Anom.

4 Κίλισσα Gentile fœmininum à Κιλικία *Aſia* Regio.

5 Πτηνοὶ, hoc eſt, ταχεῖς *celeres*, Metaph. ab Avibus.

6 Ἔσλιγξ eſt Principium Curſûs, de quo primum exſiluêre Curſores.

7 Τέρμα Finis Curſûs, quo manſit, qui alterum præivit.

8 τὶς, ſcil. aliquis currentium.

9 μέσσῳ adeo enim velox fuit, ut ipſe ferè totum perfeciſſet curſum, antequam alter ſtadii dimidium attigiſſet. Poet. pro μέσῳ.

2.

Fortes inimicorum favorem non ambient.

1 Πηλὺ Poet. pro πολὺ, hoc quaſi μέγας.

2 Λεωνίδεω Gen. Ion. primæ ſimplic. de *Leonida* conſule Diſt. Epigr. 48.

3 κατὰ & εἶδω Anom.

4 Δέμας invariabile Gram.

5 Ξέρξης *Perſarum* Rex.

6 Α Χαινόω, hoc fecit ob ſingularem & conſpicuam *Leonidæ* fortitudinem; Virtus etiam in hoſte probanda eſt.

7 Α φᾶρος, τὸ.

8 κάκ' pro κὴ ἐπ.

9 ὁ Emphatice.

10 ὃ δέχομαι, Anom. h. e. Nolo me eſſe ornatum ſicut patriæ Proditorem.

11 Ab ὀφείλω Anom.

12 Ἀσπὶς, h. e. ſcutis eſt me cecidiſſe in bello, & publicè latum eſſe ſuper ſcutum meum: hic honor *Lacedæmonis* in acie cæſis collatus fuit.

13 Ἔρρε Imp. Mod. Neut. Plur. gaudent verbo ſing. ab ἔρρω Anom. Alloquitur *Perſarum* dona, vos in malam rem abite.

14 τὰ Articulus cum gen. poſſeſſionem ſignificat, Gram.

15 Ἥξω ab ἧκω Regulariter.

16 ὃς, &c. ſcil. ut fortiſſimus non ut Proditor, vel timidus in Purpurâ.

3.

Divitiis non fidendum eſt. Inſtabiles enim & incertæ ſunt, neq; nimis ſimus ſoliciti de hujus vitæ eventibus; nam omnia ſunt tranſitoria, æquè incerta ac Navis in lato æquore, quæ jam ſecundis, jam turbidis agitatur Ventis: *Virtus ſola immota manet, & per hanc omnes vitæ ſtatus feliciter tranſigamus.*

1 Pro Βαδυκλεάνη, Ion. ex βαθὺς & κτέανον idem quod κτῆμα.
2 Pro κερδίζω Ion.
3 Σέο pro σοῦ Ion.
4 Pro ἐλεύθερίην Ion.
5 ἀϊστωθέσαι Dat. Poet. ab ἀϊστωθὴς.
6 ἃ μὴ ἡ ἀϊστιμαθελημένη decompoſit. ab ἕλκω in Imperf. adſciſcit ι.
7 ὃς ἔτι retrahitur accentus, quia poſtponitur ſuæ caſuali voci.
8 Pro μίην Poet.
9 A ποντοπορέω Imp. mod.

4.

Sapientia feliciori fruitur ſtatu poſt mortem quam Divitiæ. Diogenes &c. Tetraſt. 28. *Cræſus Lydorum* Rex omnium diviſſimus, *ſus* autem Pallatium habitabat ambobus jam mortuis, Philoſophus Rege longè felicior & ditior. Ireg. Compar. à πολὺς.

1 Ἥνυσε ab ἀνύω.
2 Γῆρας quintæ decl. Contract.
3 ὁ Γέρων ſcil. *Diogenes.*
4 ἐν ποταμῷ flumine ſcil. *Pactolo* aurifero in *Lydia*, *Aſiæ* Regione.
5 Pro Ἀφυσσέμενος Poet. ab ἀφύσσω.
6 νῦν πλείων, &c. Ille enim dum vivebat Dolium tantum; *Cræſus* autem Pallatium habitabat ambobus jam mortuis, Philoſophus Rege longè felicior & ditior. Ireg. Compar. à πολὺς.
7 ὅσσα Poet. pro ὅσα.
8 εἶχον, Tetraſt. 10.
9 πάντα &c. *ſcil.* ſapientiam.
οὐδὲν, *ſcil.* Divitiarum nihil, ſed cum *Iro* pauperrimo eundem capaſſis locum.

5.

Noſmet ipſo malo ſæpe afficimur, quod aliis paramus.

1 Ἰοτυπὴς ab ἰὸς *jaculum*, & τύπτω.
2 Διὸς ὄρνις, Periphr. pro Aquilâ, hæc enim Avis *Jovi* ſacra fuit.
3 Κρῆτες à κρὴς, κρητὸς de accentu conſule Reg. de Monoſyllab. quintæ ſimplic. Gram. *Cretenſis* eſt Incola *Cretæ*, Tetraſt. 7.
4 Pro θαρσέτωσαν.
5 Οὐρανόθεν, θεν additum ſignificat de loco.
6 Τόξῳ, &c. ſcil *Aquilâ* decidente eodem confixus telo, quo vulnerata fuit Avis, *Cretenſis* Interfector ipſe peremptus fuit.
7 Pro ἐκεῖνον, Ion.
8 ἀ παλιμβεγμίῃ.
9 Pro κατέκτη Dor. A. C. à κτῶ & κτῆμι Verb. Poet. vel per Apoc. pro κατέκτεινε à κτείνω Anom.
10 Ἤερθεν. Tetraſt 34.
11 Ἔθανεν à θνήσκω Anom.
12 Μηκέτ', &c. *Cretenſes* enim jaculandi periti ſunt, ſed magis peritus *Jupiter*. Obſerv. *ab Innocentia Oppreſſore pœnas ſumens Superi.*
13 Ἀϊδωνῆσι inſtar ἀϊδηλος.
14 Pro ἀϊχθέντα.
15 Διὸς inter Redund. Gram.
16 Pro ἐϋσσέλμα Ion.

In

6.

In hôc Epigrammate videmus tum grati, tum ingrati Ingenium: ab unâ parte *Hinnulus* gratè vitam matri dedit, à quâ ſuam accipiebat; ab alterâ parte Mater partui mortem infert, à quo beneficium & ſalutem ipſa conſecuta eſt.

1 Pro ἀρτιτόκῳ Ion. ab ἄρτι nuper & à Præt. Med. τίκτω Anom.

2 Τιθηνητήριον Adj. à τιθήνη nutrix.

3 Οὖθαρ, -αρος τὸ.

4 Εἶδος ab εἴδω Anom.

5 Ἔγρις, -ιος, vel -ίως.

6 Ἰομιγῆ, Acc. inſtar ἀλιγδῆς ab ἰὸς *Venenum* & μίγνυμι.

7 Pro ἔπαυσε Ion. à παύω.

8 Δύσκλεὲς Adj. à δύς in Compar. *agrè*, & ἄλδω *jano*.

9 Τρῶμα vel τραῦμα τὸ.

10 Ὀλοὸν Adj. ab ὄλλυμι.

11 Ἔβρωξε à βρώσκω.

12 Γάλα τὸ Heterocl. Gram.

13 Ἄδῖνα Poet. pro ἀΐδηλα, ab ἀ δῆις, ις, ὁ.

14 Ab ἀλλαπτίω cum temp. augmento Gram.

15 Ἀνιλὶς, -ίος, idem cum ανιλεής.

16 Pro Μοῖρα Ion.

17 A πόρος.

18 Ἀφείλε, ab αἱρέω Anom.

19 A χάρις, -ίτος, non purum in Gen. Gramm. χάριν ſcil. *vitam*, quam dedit Venter partui, Uber auferebat.

7.

Nonnulli ſuâ ſtultitiâ & temeritate ſe in apertam perniciem præcipitant

1 Πάμφαγος à πᾶν *omne*, & φάγω *edo*.

Ἐρπύζης inſtar κειλὶς.

2 A λύχνος *lucerna*, & βορὸς *edax*, propr. Muris Epith.

3 τὸ ἰλός.

4 A πέπαμαι Perf. Paſſ. per πεπάτημαι à πατέω.

5 Pro διερᾶς Ion.

6 Νίθλων, *Spuriam* de Oſtreis propter abſimilem productionem, quia non cum cæteris piſcibus eodem generantur modo, ſed ex limo maris (ut ait Plinius) ſuam ducunt originem.

7 Ὠδάξατο, A. α. Med. ab ὀδάξομαι cum Temp. Augment.

8 ὀστρακόεις inſtar χαλκεῖος.

9 ἠρμόδη Ion. ab ἁρμόζω.

10 Pro ὀδύναις Ion. & γ additur Gram.

11 Pro κλείθροις eâdem ratione, κλεῖθρον τὸ.

12 Pro ἀφαλόκλοις, ὁ ἡ ἦ.

13 Λυρθεὶς à λάμβανω Anom.

14 Ab ὄπι & σπάω, Augment. in medio habent Compoſita (paucis exceptis) cum Præpoſ. *i.e.* Verbum non Præpoſitio augetur.

8.

Diſcimus ex hôc Epigrammate Paſtores *Pani* non ſolum fuiſſe curæ, ſed etiam *Mercurio* & *Herculi*; ille Deus fuit facilis, & contentus levibus ſacris, hic autem moroſus, & multa petens ſacrificia. Τί τὸ πλέον, &c. Damnum grave eſt ſive ab Amico vel Inimico accipitur.

1 Εὐπολ-

1 Εὐκολ☉, ὁ χ᾽ ἡ
2 Pro Ερμῆς Poet. inſtar Αἰνείας.
3 Γάλακτι, à γάλα, in Epigr. 6.
4 A χαίρω Anom.
5 A ασιδω Anom. ἀχ ante aſpiratam.
6 Ἡρακλέης flectitur ut Σοφοκλέης, in Diſt. 32.
7 Παχὺς, εῖα, ὺ, Gen. έος. Nomina in υς in Gen. έος communiter in ν exeunt in Acc.
8 Ab Ἄρης, ὄ vel ῆ.
9 Πάντως à πάντων, Adverbia in ως derivantur à Gen. Plur. ſuorum Adj. Gram.
10 ἐκλέγεται Med. Vocis ab ἐκλέγω.
11 Ἀλλὰ, &c. eſt Objectio favens parti *Herculis*.
12 Τὴ ῆ, &c. Reſponſio ad Object. Ὀλλυται τῶν τῦ φύλακ☉, *ſcil.* ſacrificiis crebris *Herculi* oblatis.
13 Pro πλεῖον Poet. δῆι ſubintel.
14 Φυλαχθὲν Particip. A. α. Paſſ à φυλάτω.
15 Ab ὄλλυμι Anom.
16 Εἰ☉ pro εἵνα propter ſequentem Aſpiratam.

9.

In hoc Epigrammate continetur feſtivum Duorum ægrè ſe habentium Remedium.

1 Pro ὦρξε Poet.
2 Pro κλισία Ion.
3 A Λήθαργ☉ quidam morbus, qui efficit inexpugnabilem pene dormiendi neceſſitatem, à λήθη *Oblivio* & ἀργὸς *Ignavus* vel *Velox*, qui enim hoc morbo laborant citò obliviſcuntur alicujus rei, & Animi facultates ſunt torpidæ.
3 Φρενοπλῆξ, -ηγὸς à φρὴν *mens* & πλήσσω *percutio*, quia ſit quaſi intellectu vulneratus.
4 A κῆμαι Anom. à καθεύδω ſeu -δζω, quare augetur in medio, habes ad calcem Epigr. 7.
5 Ab ἐκ-θορέω, vel ab Anom. θέρω, ἐκ in ἐξ ante Vocalem Gram.
6 τολμήεις, -εσσ☉. ἀναίδητον Adj.
7 Ex ἀνὰ idem hîc cum α negat. & αἰδάνομαι ſentio Anom.
8 παυλὸς, ῆ ſubintel.
9 Τὸ μέλ☉.
10 Ἔγρετο, Tetraſt. 47.
11 πελὺς, Epig. 2.

10.

Tneagenes Mathematicus τὰ τεχνήεντα, &c. *ſcil.* duo Hemiſphæria, (ambo fuêre Pocula) hæmiſpherium eſt Orbis dimidium. Χαρακμὴ, Apoſtrophe: Pocula loquuntur. Δυὼ, &c. In utráque Sphærâ deſignata fuêre ſigna cœleſtia, in una Auſtralia *ſcil.* Hydrus, Chamelion, &c. in alterâ Borealia, *ſcil.* Arctos *minor* & *maior*. Ἄθρει, &c. feſtivè Poeta admonet *Piſonem*, quomodo fieret Aſtronomus, *ſcil.* duas Vini menſuras ebibendo, & quæ toto cœlo apparent in poculis vacuis & cavis videret.

1 Δοιὼ pro δύο. Poet. δοιοὶ, αἱ, ὰ.
2 Τέλμήσθα Perf. à τίμνω Anom.
3 Pro τὰ τείρεα.
4 Pro ἐν Βορέᾳ Ion. à Βορέας, ου.
5 Ἀρκ☉ juxta cujus caudæ extremitatem eſt Polus Borealis: Inter alias fabulas, hanc etiam habes de hujus Origine. *Callisto* poſtquam à *Jove* ſtuprata fuit ex *Junonis* irâ in Urſum vertebatur, Filius ejus Arcas dum feras venabatur in Matrem ita transformatam incidebat: & dum Arcum intendebat ignotam Matrem

ferire, ambo à *Jove* in cœlum ſidera lati vocantur Urſus *major* & *minor*.

6 Πιὸν à πίνω Anom.

II.

Poeta Vinum præfert Cereviſiæ, imprimis forſan deceptus colore vocat illam Διόνυσον *Bacchi* nomen, Zythus enim ex *Avenâ* confectus (ut hic fuit, ut diſcimus à βρόμιον ſequens) pallidi & perlucidi eſt coloris inſtar Vini. Μὰ Βάκχον, forma jurandi, μὰ cum Acc. Gram. Τὸν Διὸς, filium *Jovis*. Μόνον quia Vino tantum uſus fuit Poeta. Νίκλαρ. Tetraſt. 9. Τερψιν, qui fœtidè olet, h. e. Vinum & guſtu & olfactu generoſiori cereviſiam multum excellit. *Celtæ* ſunt Populi vel *Galliæ* vel *Germaniæ*, ambæ enim Gentes antiquitùs vitibus caruêre, potiùs autem Zythi invenrio *Germanis* tribuenda eſt. Δημήτερον à Δημήτης *Ceres* (ſegetis Dea) quaſi γημήτης *Mater Terræ*, Cereviſia ſic dicta, quia ex *Cereris* frugibus in liquorem convertitur. Διόνυσος variâ ratione *Bacchus* ſic dicitur, ſequens fabula potius meruit approbationem, ἀπὸ τῦ Διὸς, à *Jove* patre ejus & *Nyſâ*, quæ illum nutrivit poſtquam ex *Jovis* femore partus fuit. Πυρογενῆ eſt Jocus in hac voce; nam reſpicit & Βρόμιον *Avenam*, & Βρόμιον *Bacchum*: In priore ſenſu eſt à πυρὸς *frumentum* & γείνομαι *naſcor*, quia ex hoc fit Cereviſia: In poſteriori autem ſenſu derivatur à πῦρ *ignis*, quia *Bacchus* erupit è ventre *Semelæ* matris ejus cœleſti igne percuſſæ, dum cupida fuit *Jovem* amplectendi ſuis circundatum fulminibus & gloriâ, unde habuit nomen Βρομίυ ἀπὸ τῦ βρόμυ, ab ignis crepitu, matre occiſâ ante tempus pariendi, *Jupiter* partum immaturum in ſuo fovebat femore.

1 Οὐ ſequente Conſon. ab ὄπι.
2 Γιγνώσκει Anom.
3 Τὸν Διὸς Articulus ante Gen. Diſt. 1.
4 Οἶδα ab εἴδω Anom.
5 Κεῖνον, in quinto.
6 Νίκλαρ, αρ☉, τὸ.
7 Ὀδωδὲ Att. ab ὄζω Anom.
8 Pro Πενίᾳ Ion.
9 A βότρυς, ὃ.
10 Pro ἔτυξεν Ion. à τεύχω Anom.
11 Χρὴ imperſ.
12 Καλέειν Ion.
13 Πυρογενῆ, Acc.

12.

Poeta magnum homicidii crimen deſcripſit: Fons humano ſanguine fuit contaminatus, Nymphæ igitur (fontium Deæ) adeo erubuerunt, ut ſuas aquas penitus abſconderint, & Solem fugerint, quaſi ipſæ tanti criminis fuerint conſciæ. Νύμφαι, Apoſtrophe, Ipſæ loquuntur Nymphæ. Μισγόμεθ' in *Bacchum*, *ſcil.* cum Vino miſcemur (quia homines Vinum bibunt aquâ commixtum) non cum Sanguine. *Bacchus* & *Mars* Metonym. efficient.

1 Πάρ☉ Adv.
2 Pro Εὐῤῥοῆς Ion. ὁ ᾗ ῆ.
3 A λιβάζω ſubintel. ὑῶ
4 Pro ωρχοαῖς inſtar πηλ.
5 Πτώχος, η, ον, cum Gen.
6 Λυθεσόδης, ε☉, ὁ ᾗ ῆ. contr. Ac.
7 Pro ἡμεῖς Ion.
8 Νᾶμα, τ☉, τὸ, pro τ interpone σ in Dat. Plur. Gram.
9 Χείεας de Accentûs variatione Gram. Monoſyll. quintæ.
10 Ἀνδρογόν☉ eid, qui hominem

nem occidit, verò in antepenult. eſt qui ab homine occiſus eſt.

12 Pro Τέθνηκα, ὕδωρ, ὑδάτος, τὸ Heterocl. Decl. Gram.

13 Ab ἐν-παρέχω, ν ante κ tranſit in γ in Compoſ. non contr. Ion.

13 Μοι amittit Accent. quia præcedens vox Enclit. ſcil. ἔμ habet accentum.

14 Ἔρυγον Ion. à φόλγω Anom.

15 Ἐλπίδα ab ἔλπω Anom.

16 A μίσγομαι idem cum μίγνυμι Anom.

17 Pro Ἄρια Contract. ab Ἄρης ος vel ως, Æol.

13.

Poeta noſter credidit homines vel felices vel infelices eſſe ſecundum Planetarum Aſpectus & Conjunctiones (ut ſomniant Aſtrologi) in illorum nativitatis tempore. Non anxiè tamen vivendum eſt (ſi verum ſit) licet Sydera nobis portendant mala, ſed potius vitæ noſtræ conſuleremus tranquillitati, hâc ratione, *ſcil.* Poeticâ, ut etiam noſtram, invito fato, fortunam ſuperemus, ſed ut cum *Epicteto* Philoſophi partes agam, τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, h. e. Sapientis non eſt ob id pertubari, quod non eſt in poteſtate effugere, ſed ut cum Chriſtianis dicam, quia ſubmiſsè cum gratiis Divinæ parendum eſt voluntati. Ἀδιάλειπτον, *ſcil.* cum Animi perturbatione.

1 Τῷ Articul. Præpoſ. pro Demonſtrativo Poet.

2 Pro σεαυτὸν Ion.

3 Ἄρες A. ς. Imp. ab ἀπο-ἵημι Anom. in μι.

4 Pro ἠνυξάμην Ion.

9 Ἀγάπα Imp. Mod. ſecundæ Contract.

6 Pro βιάζω Ion. Med. Voc.

7 Pro Μοίρην Ion.

8 A μῦθ-άομαι Anom.

14.

In Puerum ætatis annum tertium agentem, qui in aquâ ſuam contemplans imaginem, & cupiens inde illam extrahere in puteum decidit, ſemi-animis arreptus in Matris gremio vitam finivit. Sal hujus Epigrammatis conſtat in voce βαθὺν h. e. proprium Epith. Fluminibus & Puteis & metaphoricè junctum cum ſomno hic mortem ſignificat, *ſcil.* Puer non jacet in profundo Puteo, ſed ſomnum profundum (ut diſcimus a deep ſleep) capere videtur, ſed extenta ſomni profunditas pro morte accipitur, ſomnus pro morte quare Diſt. 2.

1 Τεσσᾶτη Acc. per Contract.

2 Φρέαρ, τὸ, Heterocl. Decl. Gram.

3 Pro μερόπης Dor.

4 A κατάδω.

5 Διάδερχος, ὁ ἡ ἤ.

6 Ab ἀ ρπάζω, α in η temporale Augm.

7 Pro ζωῆς Dor.

8 A Μιαίνω A. α.

9 A γόνυ Redun. Gen. γόνυος & γοῦνος, &c. Gram.

10 Pro μητρὸς Dor. per Sync. pro μητέρος.

11 A κοιμάω jaceo, ſcil. dormiendi gratiâ.

15.

Alphæus Poeta *Homeri* celebrat laudes, cujus Deſcriptiones & Perſonarum characteres, & Paſſiones tam diſerte memorantur, ut, quaſi

in

in tabulâ cum ſumma arte picta, unumquodq; ad vivum delineari videamus.

1 Ἀνδρομάχη Filia *Eetionis Thebarum*, (Diſt. 15.) Regis, & Uxor *Hectoris*. Tetraſt. 26.

2 Θρῆσσον, propter amiſſum ejus Virum.

3 Δερκόμην à δέρκω Anom.

4 Βάθρον τὸ.

5 Ἐρειπομένην, ſcil. à *Gracis*. *Aiax*, Tetraſt. 25. ὃ μία πάλαις, &c. quia fuit contentio de Homeri ortu, Diſt. 38.

6 Ἀχίλλειον Adj. Prop. ab Ἀχιλλεύς.

7 Pro Μαονίδης, Æol. *Homerus* ſic dictus vel à *Maone* Patre, vel à *Maoniâ* ipſius Patriâ.

8 Pro γαίας ἀμφοτέρας, Ion. *ſcil.* totius Orbis, Diſt. 47.

10.

De Elephanto bellicis aſſueto, poſtea *Cæſaris* currum trahente. πυργωθεὶς dicitur, quia è ligneâ turre ſuper Elephantis tergum ligatâ homines ſagittis ſuos infeſtârunt hoſtes. Οὐρανίης. Poeta *Cæſari* blanditur (ut ſolent Poetæ Imperatores inter Deos numerare.) Χάριν, felicitatem ac ſecuritatem, abſq; periculi timore Elephanto vivente, ſecundum illud *Pax bello potior*. εὐνομίης πατέρα, ſcil. *Cæſare* imperante, ſubjecti, tanquam filii ſub indulgenti patre, Pacis & Vitæ beneficiis fruuntur.

1 Πυργωθεὶς à πυργόω.

2 à μυελὸς *Ingens* & ὀδὰξ *Dens*. Elephanti dentes enim ſunt miræ magnitudinis, à quibus fit ebur.

3 Στείλας à στέλλω regul.

4 Ab αὐχλιά.

5 Ζυγοδέσμος, ὁ ἡ ἡ.

6 Ἔγνω à γινώσκω Anom.

7 Ex' Ἀνὶ-ανα-ἀγω decomp. An.

7 à πατὴρ, ἔρος, τρὸς. ſed in Accuſ. non Syncop. patitur Gram.

17.

Troja de ſe loquitur, licet jam nulla civitatis maneant veſtigia, vivam tamen & ſemper in priſtinâ floreſcentiâ gloriâ in *Homeri* carminibus, & extrema ætas de meo audiet ſplendore.

1 Περίκλυτον pro περικλύστον Ion. ὁ ἡ ἡ, *Troiæ* Epith. propter præclara in illâ geſta.

2 Ἴλιον aliud nomen pro *Troja*, ab *Ilio* Rege filio *Troos*, à quo *Troja* dicta.

3 Ἰρὴν Ion. pro ἱερὴν, ſic dicta à divinis Conditoribus, ſcil. *Apolline* & *Neptuno*, ſic *Ovid.* ep. Paris.

Ilion aſpicies, firmataque turribus altis
Mœnia, Apollineæ ſtructa canore lyrâ.

Apud Virg. dicitur,

——— *Neptunia Troja.*

4 Κλιτζομένην à κλιτζω & Ion. κλίζω idem cum κλείω *claudo*.

5 Pro τέρσα Ion.

6 à κτί-ζω Anom. Att. Perf. ἐ-κτίσθην.

7 Κῆμαι, Epig. 9.

8 Pro χαλκέων Poet.

ὁλοπαθὴς, h. e. contrahitur in omnibus caſibus, Gram.

9 à τρὸς, & à Præt. med. φθείρω, quia *Troja Græcis* fuit expugnata.

10 Pro δόρατα Poet. à δόρυ Redund. Gen. Gram.

11 Ἀχαιοὶ, *Græci*, (ab *Achaia* maximâ *Græciæ* regione, olim *Danae*, unde dicti *Danai*.

12 Ἕλληνες, *Græci* etiam, ab *Hellene* filio *Deucalionis* Rege *Phthiotidis*, unius ex 4. partibus *Theſſaliæ Macedoniæ*.

13 à κεῖμαι.

Tres

18.

Tres Certatores in ludis *Olympicis*, Tetr. 1. Aſtrologum *Olympum* adeunt, ut ſciant quis eſſet Victor. Certatores fuêre *Oneſimus* Athleta vel Paleſtræ peritus, *Hylas* πάνταλ⊙, Diſt. 1. *Menecles* in ſtadio Curſor: ἱερῆς ἐπιδῶν, literas ſacras Aſtrologorum ſcrutatus Olympus (vel ut noſtrates loquuntur **erected a ſcheme**) Ἐρῶ, reſponſio Aſtrologi; σὺ primum ad *Hylam*, σὺ ſecundum ad *Oneſimum*, σὺ tertium ad *Meneclem*: hæc eſt Aſtrologorum irriſio, quorum reſponſiones ſunt ambiguæ, vel æquè futiles cum reſponſione noſtrâ, *ſcil.* omnes nimirum vincerent, ſi unuſquiſq; in ſuâ cæteris prevaluit arte, ad quam revelationem non opus eſt ſcientiâ myſticâ & divinâ, vel Oraculo conſulto.

1 Ἦλθ' ab ἔρχομαι Anom.
2 Ὕλας, ου, ὁ, in Gen.
3 Σταδιοδὺς, ύος, ὁ.
4 In Gen. Μενεκλῆς.
5 à μέλλω Anom.
6 à θέλω Anom.
7 Γνῶναι A. C. à γινώσκω Anom.
8 Pro κἠ ἐκεῖν⊙ Apoſtr. & Ion.
Ab ἐπ-εῖδω Anom.
Ἐρῶ à φημὶ Anom.
9 à μη-τὶς, τίν⊙.
10 à ⊙ὠδε-ἔρχομαι, A. C. ἦλθον Augm. non ultra Indicat. itaq; redit litera thematis in aliis modis.
11 à χθ-ες-φέρω.
12 à ⊙ὠδε-τεθχέα.

19.

Faſtum & præſumptionem Aſtrologorum reprehendit Poeta, qui immenſam cœli terræque magnitudinem quaſi ad pollicem metire ſimulant, cùm ſuam penitus ignorent ſtructuram. Γνῶθι σεαυτὸν, *Chilonis Lacedæmonii* ſententia, in quâ Modeſtiæ, Mediocritatiſq; commendatio eſt, ne nobis vel majora vel etiam indigna ſequamur.

1 Εἶπὲ, Tetraſt. 36.
2 à τὸ πεῖρας.
3 Pro γαίας Ion.
4 à φέρω Anom.
5 Pro σαυλὸν per Craſin.
6 Γνῶθι A. C. Imp. Mod. à γινώσκω Anom.
7 Pro ἀπειρεσίδυ Ion.
8 à δύναμαι Anom.
9 Γνῶναι, Epigr. 18.
10 Τὸ ἀμέτρον, ου.

20.

Epigr. eſt ejuſdem argumenti cum Diſt. 35. πλὼ Ἑκάβῃ. Ἑλένῃ, Proverb. *h. e.* ex Anu non fit Puella formoſa; *Hecuba* fuit *Paridis*, (*Troiæ* Principis) Mater multis confecta annis; *Helena* illius Uxor (à *Græcis* rapta) formâ pulcherrimâ, & tenerâ & florente ætate.

1 Τὸ γῆρας quintæ contract.
2 Pro παρεσῶν Æol.
3 Ῥυτὶς, ίδ⊙, ἡ.
4 Ab ἐκ-τανύω Anom.
5 à κτ-πλάττω Anom.
6 Ἔιχθη Anom.
7 Pro πλεῖον Poet. ὁ κἠ πλείων.
8 Pro Μαίνῃ Ion. à μαίνομαι, Anom.
9 Τὸ φῦκ⊙, ος⊙.
10 à τεύχω Anom.

Falſus

21.

Falſus amicus peſſimus hoſtis; nam ſub amicitiæ prætextu gravius noceant, dum ut amici habentur, ſi ſit illis lædendi voluntas, non deficit opportunitas.

1 Pro φιλίαν Ion.
Θέμενος Part. A. ζ. à τίθημι.
2 Pro ἀνθρώποις, Ion. ν addito Gram.
3 Pro Κρείσσων Ion. Irreg. comp. ab ἀγαθὸς Gram.
4 Φημὶ Anom.
5 Pro δολερᾶς φιλίας Ion.
6 Φασὶ à φημί.
7 Νήεσσιν Dat. Poet. ν pro α Ion. à ναῦς, ναός.
8 Ab ἀλιπλαδὴς inſtar ἀλιθὴς, -ιαι etiam Dat. Poet.
9 à χερείων Poet. pro χείρων Irreg. Comp. pro Contract. χερείονας, -οας, -ως dicitur ὀλιγοπαδὴς paucis, ſcil. contrahitur caſibus à κακὸς.
10 Ἅλι Ion. ὁ ϰ᾽ ἡ. quaſi ὑφ᾽ ἁλὶ ſub mari.
11 à σπιλὰς, -άδος, ἡ.

22.

Poeta feſtivè irridet *Gaium*, tum corpore tum animo Pumilionem. ἐγκαταλίξῃ pertinet ad Militum conſuetudinem, qui ſuam Imperatori fidem non modo confirmârunt ſacramento, ſed nomina etiam adſcripta fuêre, & inde dicti aſcriptitii. Ῥωμαίοις, &c. Fortes vilem nôlunt Victoriam. φῦλα γεράνων hoc competit *Pygmæis*, qui ſunt parvuli (ut fertur) populi in extremis *Indiæ* montibus habitantes, qui cum gruibus tempore verno inſidentes arietum & caprarum dorſis bellum gerunt.

Ab ἄγω Anom.
1 Κωμικὰς, Diſt. 9.
2 à μῦς, μυὸς, de Accent. inter Monoſyll. quintæ decl. Gram.
3 à πόλλα, ης, ἡ, quia circumflectitur in ult. Gen. πόλλου, υ, enim eſt uſitatius.
4 τὸ ἱππικόν.
5 à φοβέομαι med. voc. Imperat. Mod.
6 Decomp. ab. ἐν-κατ-λέγω, ν ante ϰ vertitur in γ, eſt Subj. Mod. A. ζ.
7 Τούτων ab ὅστις Gram.
8 Μάχης poſt ἄξιον Adj. dignitatis Gen. poſtulat.
9 Ab ἀνὴρ, ἀνδρός.
10 Ἀτρέμας Adv.
11 Ἧσο Imper. Mod. ab Ἧμαι Anom. in μι.

23.

Satyricè reprehendit Poeta quendam & corpore & animo monſtroſum & malitioſum. Τῆς μὲν, &c. Vita, *ſcil.* fuit publicum & notiſſimum ſceleris exemplum. Ἐν τοῖς φαινομένοις, &c. Malus iſtius vultus notam fecit animi malignitatem. μᾶλλ᾽ ἰσιδεῖν, *ſcil.* adeò fuit deformis vel ſqualidi Oris, ut Facies vel terrorem efficeret, vel nauſeam crearet.

1 Pro τὸ ἔμπαλιν, Att. ο & ε, contrahuntur in ου per Craſin, Adverbium cum Artic. fit Adject.
2 ὃ ϰὴ διαστροφος Adj. in Neut. Gen. pro Subſt.
3 Φαινόμενος A. ζ. à φαίνω.
4 Ab ἐργάζομαι augetur ponendo ι poſt ε Gram.
5 Γεγλαμμένος Op. Mo. A. α. à γράφω.
6 Pro εἰσιδεῖν Poet. ab εἶδω Anom.
7 Ab ἐθέλω vel Θέλω Anom.

Oratorum

24.

Oratorem nec obſcura, obſoleta, aut verba fortioris ſoni, ab *Horatio* dicta *Seſquipedalia verba*, nec pauca etiam elegantia conſtituunt, ſed qui infucatâ dictionis ſimplicitate, & non coacto, ſed labente utitur ſtylo, verus dicatur Orator. Φοβέομαι prodigioſa à quotidiano ſermone abhorrentia. Ἀττικὰ, Eleganria *ſcil.* quia inter reliquos *Gracia* populos lepos quidam & feſtivitas quaſi vernacula ac peculiaris adeſt *Atticis*, adeò ut in Proverbium abierit *Attica Eloquentia*. κίνυτο, certus numerus pro incerto, κάρηαφι, νοναβεῖ, σίζει, κιλάρυζε, omnia ſunt verba Homerica, i. e. *ſonat, ſtrepit, ſtridet, reſonat*, & hîc ſumuntur τεχνικῶς, ſive artificialiter pro ipſis verbis, h. e. *Homeri* imitator non eſt, qui his vel aliis verbis Homericis utitur, nullâ ratione ad propriam & nativam verborum ſignificationem habitâ. ſed φοβέομαι, &c. h. e. intelligendum eſt & imitandum genus loquendi etiam in majeſtate & Authoris puritate.

1 Ἔσῃ, Fut. α. ab εἰμὶ.
2 Νῷν à νόος, νῶϊ Gram.
3 Ὑπὸ-κείμεαι, Epig. 9.
4 Δεῖ, Imp.
5 Εἶναι Inf. ab εἶμι.

25.

Hoc continet Characterem cujuſdam, qui ante omnia ſuam conſiſtere felicitatem putabat in voluptatibus proſequendis & in genio indulgendo. *Craſſus*, Epig. 4. ἀμελέτημαι, &c. h. e. conſiderans vitæ incertitudinem & brevitatem, hilariter mihi cordi eſt hanc peragere. Ad hanc opinionem *Ethnicorum* alludit Divus *Paulus* cùm dicit, *Edamus & bibamus, nam cras moriendum eſt.* Γλωσσόκομα (Angl. **Coffins**) Ἀχίλλιον alludit ad *Gracorum* conſuetudinem, qui animi gratiâ capturi ſolatium in littore maris compotabant. Κοτύλαις varias habet ſignificationes; hîc ſumitur pro Poculo, h. e. cùm bene potus ſum. Μύρα in Conviviis Græci unguento odorato capita ſua delibuêre, & ſua tempora coronis redimivere ad cerebrum refrigerandum, & Vini vim repellendum: quæ conſuetudo etiam apud *Romanos* prævaluit. *Ovid.*

Habent unctæ mollia ſerta Comæ.

Hæ coronæ ex diverſis compactæ fuêre floribus, vel ex Myrto, Apio, vel Roſâ. *Horat.*

Quis udo
Deproperare Apio coronas
Curátve Myrto?

Et noſtras Doctiſſ. *Joſh. Barnes, Cantab.* Græcæ Linguæ Profeſſor Regius, in ſuis Scholiis in *Euripidem*, in hæc verba *Cyclop.* v. 556. Στέφανον ἴσθι λαβόντα, inter multa alia, dicit, Roſam habitam eſſe Taciturnitatis ſignum, nempe quæ in conviviis fiunt, ſilentio eſſe tradenda, unde Proverbium Potoribus notum, **under the Roſe be it ſpoken.**

1 Ἥδιον ab ἡδὺς idem cum ἥδιων Anom.
2 Pro Ἀσίας.
3 Γεῦ A. C. Subjunct. Med. à γεύομαι Anom.
4 Πίασας pro πάσῃς Poet. eſt Part. A. α. à πίαω. vel ut alii volunt à πίω *guſto*, & tum ἄλλως ſignificat

significat fruges terræ, h. e. cibum edens, &c. utraque tuta est interpretatio: sed ad amovendam Obj. de πάσω à πάσσω, quod verba in ασω vel τλω, faciant Fut. ξω, observa, quòd nonnulla excipiantur, scil. πλάτλω *fingo*, πράτλω *vendo*, ἱμάσω *loris cædo*, ἰνάσω *vires intendo*, βράσω *ferveo*, πίασω *pinso*, & πάσω *spargo*, quæ habent in Fut. simplex σ.

5 Ab ὑσσο-βρέχω.

26.

Hoc est ejusdem argumenti cum priore. πρὶν τύμβοις, &c. Nam tanquam in conviviis sic etiam in funeribus ritum ungendi & coronandi mortuos pleræque gentes præcipuè *Græci* usurpârunt. Unctio fit (ut ait *Kirchman.* Cap. 8. l. 1.) ne facile putrescerent, & inter cætera unguenta Mel ob hanc virtutem commendatum fuit. Mortui etiam condecorati fuêre coronis ex floribus & corollis, hâc ratione (*Kirchman.* cap. 11.) vel ut florum coronâ in memoriam sibi revocarent hujus ævi brevitatem, sive ut defunctis animabus honorem habitum irent. Νεκρὸς ὄ. etiam cadaveris decens & secura inhumatio apud *Ethnicos* religiosè observata fuit, sed hîc voluptuosus curam tantùm habet de hac vitâ, nullam de reverentiâ sacrâ defuncto corpori debitâ. Δδυκαλίων, &c. Tetrast. 17. h. e. Ossa mea, vitâ discedente, in aquis submergantur.

1 à πίνω Anom.

2 à πέρπομαι.

3 Pro ἀεὶ Poet.

Vel à πίμμαι Me. vocis idem cum πίνω, vel potius, quia sequens ἐξόμεθα est Fut. α. ab ἔχω Anom. πόμεθ' sit ejusdem temporis pro πέμεθ' Poet. à πίνω ι in his verbis commune vel ε, υ.

4 à τέρψις secundæ Contract. sequitur.

5 ἐξόμεθ' verba consequendi, &c. Gram.

6 Αὐτὸς, *scil.* στρατὸς.

7 Πιέτω A. c. Imp à πίνω convenit cum ὀστέα Neutra Plur. gaudent verbo singul Gram.

8 Pro τὰ ἐμά.

9 à κλύζω A. α. Imper.

27.

Hermocrates adeò fuit avarus, ut nollet etiam moriens suis privari divitiis, itaque seipsum scripsit hæredem, & ægrotans & reputans se expensurum unam drachmam, si ad sanitatem rediret, potius mori statuit. In nonnullis codicibus duo alia adduntur carmina, *scil.*

Κεῖτο δ' ἐγὼ ὐδὲν ἔχων ὀβολὸς πλέον· οἱ δ' τὰ κείνου
Χρήματα κληρονόμοι ἥρπασαν ἀσωσίως,

h. e. *Jacebat vero nihil habens obolo plus: at verò ejus*
Opes hæredes rapuerunt lubenter.

ὀβολὸς πλέον, *scil.* pro naulo *Charonti* debito ad illius animam transvehendum per *Stygiam* paludem (Inferorum flumen;) nam hic mos prævaluit apud Veteres. Sed cum ratione omisi hæc carmina quia mihi videtur Epigramma (his omissis) satis elegans & completum.

1 Κείνου τὸ

1 Ἀνίκετο ab ἀνα-κέομαι, Imperf. temp. Anom. Fut. κεήσομαι, Optat. κεοίμην, Subjunct. κεώμαι.
2 Δώσω à δίδωμι, Fut. δώσω.
3 à δια-ἰχνέω Anom. A. α.
4 à δεσπόζω.
5 Ἐρῶ ab εἰρέω Anom.
6 Πλείω per contract. à πλείων, irreg. Compar. à πολὺς Gram. de Accuſ. inter ἀληθεύω Reg. 4.
7 ἐξ τίνος, A. α.

28.

Ὄρνι Διὸς, *Aquila, Jovis*, quia in certamine cum Gigantibus, Aquila *Jovi* attulit fulmina. Κρονίδαο, *Jovis* Epithet. Patronymicum, fuit enim *Saturni* filius. Ταχὺς, uſitatius ſignificat *velox*, mihi autem noſtra expoſitio arridet, quia (ni fallor) magis huic arguiuent o convenit. *Ariſtomenes Meſſenius* (*Meſſene* Civitas *Græciæ* in *Peloponneſo*) Dux fortiſſimus, & optimus dictus ab *Apollinis* oraculo; Vivus virtute & moruus hirſuto corde notabilis. Ἀετὸς Aquila enim rex avium dicitur. ἥμισυ, vel ut alii ἡμίθεον, *Heroum*. Δειλαὶ, &c. Simile ſimili gaudet. Δειλαῖον, ſcil. ἀνδρῶπον.

1 Ὄρνι Voc. ab ὄρνις, -ιθος, ὁ ἡ.
2 Pro Κρονίδαο Æol.
3 Τοῦ pro τοῦ Dor. hoc pro τοῦ ſcil. Articulus Præpoſ. pro Subj. Dor.
4 Χάριν abſque Præpoſ. ponitur pro ἕνεκα.
5 Pro ἴσχις Dor. A. β. ab ἴσχημι.
6 Pro μέροψ Poet. à μέρος, Gram. de Dat. Plur. homines hic dicti ob diverſitatem loquendi, à μείρω *divido* & ὄψ *vox*.
7 Ὅϑ' pro ὅτι.
Οὕνεκεν, idem cum ἕνεκα Att. ab ὃ ἕνεκα.
8 Pro ὅσσον Poet.
9 Ἀετὸς Irreg. Comp Gramm.
10 Γένομαν pro ἐγενόμεϑα, Poet. & Dor. A. ε. à γίνομαι.
11 Pro τόσον Poet.
12 Pro Δειλὸς Ion. η addito Gr.
13 Ab ὑπὲρ-ἐδδοίω in Compoſ. Præpoſitiones præfixæ vocalibus ſuam amittunt vocalem, & mutant ſuam tenuem in aſpiratam, ſi verbum incipiat ab aſpiratâ: Gram. de Augm.
14 Ἅμμας Æol. ἅμμες cum aſpiratâ Dor. pro ἡμεῖς.
15 ὁ ἡ ἕτερος. ἀνδρῶν Ita Gram. de Dat. plur.
16 à τίθημαι, quod à τίϑημι

29.

